CASPARIS KLOCKII, JCTI &c.

TRACTATUS

DE

ÆRARIO

EMENDATIOR ET AUCTIOR REDDITUS,

à

CHRISTOPHORO PELLERO, J.U.D.

Auct. damnat. opus cum expurgat. permissum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CASPARIS KLOCKI ICTI &
TRACTATUS
DE
AERARIO
LOCUPLETIORꝰ
STUDIO ET INDUSTRIA
CHRISTOPHORI PELLERI. D.

CASPARIS KLOCKII

JURISCONSULTI, SACRI CÆSAREI PALATII COMITIS,

quondam Ducum Brunſvicenſium in Epiſcopatibus Mindenſi & Hildeſienſi, pòſt Comitum à Stolberg Cancellarii, &c.

TRACTATUS

JURIDICO-POLITICO-POLEMICO-HISTORICUS

DE

ÆRARIO

SIVE

CENSU, PER HONESTA MEDIA, ABSQUE DIVEXATIONE POPULI, LICITE CONFICIENDO,

LIBRI DUO:

In quorum priori varia variarum Gentium in Europa, Aſia, Africa, & toto Orbe Illuſtrium, Regum, Principum, Populorum, Univerſitatum ac Rerumpublicarum Æraria, cenſus, opes, vires admirandæ recenſentur:

In poſteriori multifaria & propè innumera legitimæ colligendi pecuniæ Media, Remedia, & Modi Ærarium ditandi explicitè & implicitè comprehenſa proponuntur, evolvuntur, explanantur, ac pleraque REGALIA MINORA, & Compendia Fiſci enucleantur, nec non illegitimæ Ærarii rationes refelluntur.

Nunc

[illegible]

hac ſecunda editione

redditus:

Nec non

[illegible]

Operâ ſtudioque

CHRISTOPHORI PELLERI,

J. U. DOCTORIS, ET REIPUBLICÆ NORIMBERGENSIS CONSILIARII.

Cum Breviariis Capitum metricis, Indicibusq́; rerum & verborum copioſiſſimis.

NORIMBERGÆ,

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ, & WOLFGANGI ENDTERI JUNIORIS, Hæredum.

Anno M. DC. LXXI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

VIRIS

Generoſâ Nobilitate, Strenuitate inſigni, Sapienti Prudentiâ Fulgentiſſimis,

DN. BURCHARDO Löffelholtz à Kolberg/ ꝛc.

Prætori Caſtrique Imperialis Præfecto, &

Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliario, &c.

DN. GEORGIO CHRISTOPHORO Behaim/ ꝛc.

DN. GEORGIO PAULO Im Hoff/ ꝛc.

DN. GEORGIO ANDREÆ Paumgartner/ ab & in Holenſtein & Lohnerſtadt/ ꝛc.

Illuſtriſſimo Principi Sulsbacenſi à Conſiliis, &c.

DN. GEORGIO SIGISMUNDO Fürer/ ab Heimendorff/ in Wolckersdorff/ ꝛc.

DN. JODOCO WILHELMO Ebner/ ꝛc.

DN. GEORGIO CHRISTOPHORO Volckhamer/ ꝛc.

Florentiſſimæ

in

Illuſtri Republica Norimbergenſi

SEPTEMVIRORUM

Coronæ;

UNIVERSOQUE

Prælaudatæ Liberæ Imperialis Reipublicæ

ORDINI SENATORIO

Virtutum Concentu Decantatiſſimo,

DOMINIS MEIS,

Nullo non obſequii indefeſſo ſtudio, intemeratâq; obſervantiâ

devotè

venerandis

FELICITATEM PERENNANTEM!

DE ÆRARIO SIVE CENSU PER EXTRAORDINARIA MEDIA ABSQUE DIVEXATIONE POPULI HONESTE CONFICIENDO;

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

An Ærarium habendum? & quæ ejus Utilitas, Neceſſitasq;?

SUMMARIA.

1. Inſtitutum Authoris *in hoc Tractatu.*
2. Romeus *quidam collaudatus, qui Ærarii conſiliis celebris non multum gratiæ habuit.*
3. *Abſque* ærario *vix ſubſiſtit* Reſpublica.
4. *Qualem* ærarii *curam Author ſuſcipiat?*
5. *Rejiciuntur* Caligulæ & Veſpaſiani *ſordida praxes locupletandi ærarii.*
6. *Exploduntur etiam aliorum turpes* rationes ſe locupletandi; *qui nil verentur, quemvis natum excoriare,* num. 7.
8. *Contra eos, qui modis iniquioribus prodeſſe ſtudent* Principibus & *ſibi.*
9. *Produnt hi tales ſuos* Principes: *dum enim pecuniam utcunque coacervant, alienant à Principibus omnes Subditos.*
10. *Malè hi conſulunt* Principibus, *neque ab hoſte poſſet conſilium nocentius ſuggeri.*
11. *Minatur Author hujusmodi æneum* Perilli Taurum.
12. *In malam rem cum iſtis* Harpyiis.
13. *De inſigni quodam* Quadruplatore Galliæ.
14. Utrum inhoneſtum *cum utili conſiſtere poſſit.*
15. Ærarium *nemo cum Principis opprobrio ſuadeat augendum.*
16. *Inviſa eſt ſemper multitudini* Tributorum *collatio.*
17. *Ne ſic augeantur* opes Principum, *ut ſubditi exhauriantur.*
18. Philippus Longus, Galliæ Rex, *cum fama bona conſcientiam bonam profligavit.*
19. *Iniquè corrogatæ* pecuniæ *fluxæ & labiles.*
20. *Pugnatur pro Æquo, & abducitur* Equus.
21. *Quomodo bona omnia ſint Magiſtratus? quatuor nimirum titulis.* ibid.
22. *Quæſtio hoc ævo paradoxa; An ullum Principi* ærarium *publicum habendum?*
23. *Sunt, qui id negent: quibus rationibus? argumenta*, num. 24. 25. 26.
27. *Exemplum ex ſacris tabulis* Roboami *Regis.*
28. *Dubia eſt & incerta iniquè parti cuſtodia,* & num. 29.
30. *Exemplum cujusdam* Stemâti *ad hoc propoſitum.*
31. Aurum *pallet ob multos & fortes inſidiatores.*
32. *Quantis curis exhauriantur avidi* pecuniarum?
33. Pecuniæ *vitiorum feraciores.*
34. Pecuniæ *in bonis non cenſendæ.*
35. *Uſus moderatior* pecuniarum laudandus.
36. Theſauri Principum *periculis pluribus obnoxii, quàm ſi pecunia in manibus ſubditorum aſſerventur.*
37. Pecuniarum copia *allicit avidum hoſtem.*
38. *Quod omnes clamant*, Pecunias *nervum belli, id unus Machiavellus inficias ivit.*
39. *Rationes adducuntur, cur* ærarium *laudabiliter ſtatuatur.*
40. Bellum *abſque* pecunia *gerere, eſt ſine pedibus velle incedere.*
41. *Non tàm* armis *bellatur, quàm* pecuniâ.
42. *Univerſa* Civitatis *commoda in pecunia cuſtodia conſiſtunt.*
43. Bona *fortunæ, bona externa.*
44. Dies *quaſi divus & divinus. Dea pecunia priſcis.* num. 45.
46. *Cùm ingruit improviſa* neceſſitas, *parum à populo ſperandum, docetur exemplo; ubi & de Anno, quo Conſtantinopolis à Turcis capta.*
47. Ira *ſine viribus, eſt Principis majeſtas ſine pecunia.*
48. *Et* genus & virtus *cum re.*
49. *Clauſum poſſidet arca* Jovem.
50. Princeps *pauper eſt omnium pila vicinorū.*
51. Theſaurum *habeat* Princeps, *ne, cùm indiguerit, mendicare à ſubditis cogatur: ubi de theſauris Ezechiæ, Artaxerxis, & aliorum.*
52. *Exemplum Regis Davidis, quin etiam illius ſepulcri pretioſitas*, num. 53.
54. Sepulcri Religio *facit tutas divitias* Davidis.
55. Semiramidis *monimentum foris ſolâ inſcriptione dives, inane interiùs.*
56. *Pios temerare* manes, *ſcelus eſt execrandum.*
57. *Salomonis reditus annui & extraordinarii quot?*
58. Eubulus Anaphlyſtius *ſe totum penè Ærario locupletando addixit.*
59. Deciſio Authoris *pro Ærario inſtruendo.*
60. *Contraria* argumenta *reſolvuntur.*
61. *Malè parta, & malè erogatæ* divitiæ *prohibentur.*

LECTOR BENEVOLE!

QUò eò magis tibi integram & nullâ parte mutilatum Klockii Tractatum Ipſum denuò demus, ideò placuit Carmina illa Gratulatoria honori Klockii dicata & priori Editioni præmiſſa in calce conſultò ſubjungere, Tu L. B. Vale, hæc boni conſule, & laboribus noſtris fave!

CARMINA GRATULATORIA

In
Pervigilium Nomicopoliticum

DN. AUTHORIS.

QUæ domitrix alias inter GERMANIA gentes
    Hoſtibus antè ſuis terror & horror erat,
Nunc eadem intra ſe bellis civilibus ardens,
    Facta aliis præda eſt, ipſa ruina ſibi.
Devaſtantur agri, vacuantur civibus urbes,
    Tecta ruunt flammis, terra cruore madet.
Diripiuntur opes, & res quibus ampla ſat olim,
    Nunc vix eſt, vitam quo tolerare queant.
Sic opibus, ſic fœta viris GERMANIA quondam,
    Hauſta viris eheu, nunc opibusque gemit.
Alme Deus patriæ afflictæ miſerere, bonusque
    Læta reduc pacis tempora, bella fuga.
Pace refloreſcant urbes & rura; dabitque
    Ubere ſe cornu copia dives opum.
Pauperiem fera bella trahunt, pax optima rerum,
    Pax ubertatis fons dat & auget opes.
Hæc ubi pax diâ bonitate refulſerit orbi,
    Præcipuè indigenis, Teutona terra, tuis,
Tunc quibus auxiliis, quâve arte modóve parari
    Divitiæ, augeri cenſus & æra queant,
Sic tamen, ut populus non deglubatur, ut æquo,
    Juſtitiæque ſuus conſtet ubique vigor,
Scire cupis lector (prout iſta ſcientia multos
    Afficit) hunc ipſum volve, revolve librum.
Clarus ab ingenio, jurisque ſcientiâ & uſu
    KLOCKIUS, hoc nobis edidit artis opus.
Orbis opes, Regum gazas, reditusque potentum,
    Quos mare, quos tellus, auraque & unda ferunt,
Hic liber in ſpeculi velut orbe videntibus offert,
    Hinc bene quid fugias, quidve ſequaris, habes.
Inſatiabilibus Cives & rura tributis
    Chriſte leva, & vitæ da, quibus uſus eget.
Da, ſint Juſtitia atque fides ſibi, fasque piumque   *Pſalm 85.*
    Obvia; paxque redux oſcula læta ferat.
Tunc tibi ſacra piis ſolventur debita votis,
    Et grato laudes grex canet ore tuus.

GOSUINUS MERCKELBACH, JC. Comes Pal. Cæſ. nec non Reverendiſſ. atq; Illuſtriſſ. Principi ac Dn. Dn. AUGUSTO poſtulato Epiſcopo Ratzeburgenſi, Duci Brunſvicenſi & Luneburgenſi à Cancellis & Conſiliis intimis &c. AUTHORIS Sobrinus.